SVMMARIVM

52

IN Ciuitate Abulen. die 20. Mensis Octobris anno à Natiuitate Domini 1596. visis dd.Ordinationibus, & concordia facta intèr Petrum Vasquez, Augustinum Suarez de Auila, Franciscum Fernandez de Leon, & Ioannem Gonzalez de Leon quatuor Notarios numeri Audientiæ Episcopalis dictæ Ciuitatis, & sui Episcopatus, signata,& subscripta per Matthiam Martin Scribam numeri istius Ciuitatis Abulen. prò sua Dominatione D. Fratris Ioannis Velasquez de las Cuebas Episcopi Abulen. Consiliarij Regij, coram quo fuerunt præsentatæ à dd. quatuor Notarijs, à quibus fuit petitum, & supplicatum, quod mandaret sua Dominatio illa videre, & examinare, & eis suam auctoritatem adhibere, & illam approbare &c. Ioanne Eximenez de Montalbo suo &c. Vicario &c. dixit dd.ordinationes esse iustas &c., & ex consequenti &c. *illas confirmabat, & confirmauit &c. & declarauit debere obseruari adimplere in omnibus, & per omnia, proùt in dd.ordinationibus, & in qualibet illarum continetur*, & mandauit dd.quatuor Notarijs, & cuilibet ex illis, & Successoribus in dd. Officijs in virtute Sanctæ obedientiæ, & suæ excommunicationis maioris pęna, & sub pęnis dd.ordinationum &c.illas obseruent,& adimpleant &c.

Num. 1. *Confirmatio assertarum capitulationum facta ab Episcopo Abulen. Proc.fol.97.*

A *Fit confirmatio qualificata.*

D. Frater Ioannes Velasquez de las Cuebas &c. Episcopus Abulen.

Prò quanto quatuor Notarij numeri nostræ Audientiæ &c. fecerunt quasdam ordinationes &c. de, & supèr modo distributionum; & expeditionum coram ipsis negociorum dependen. &c. Iudicio Ecclesiastico in huiusmodi Ciuitate,& in toto nostro Episcopatu,ad effectum quod seruetur ęqualitas, pax &c. proùt continetur in quadam scriptura per dd.Notarios concessa coram Matthia Martin Scriba numeri istius Ciuitatis &c. quæ &c. fuit coràm Nobis præsentata per dd.Notarios &c. & à nobis petierunt &c.quod illam approbaremus &c. & visa à nobis dicta Scriptura, & dd. Ordinationibus, & consulto Licentiato Ioanne Ximenez de Montalbo nostro Prouisore, & Vicario Generali supèr illis, & reperto, quod erant bonæ, iustæ, & conuenientes Bono communi, & publico, & bono gubernio dictæ Audientiæ, & Episcopatus, *illas confirmauimus, & approbauimus, & mandauimus obseruari, & adimpleri per dd.Nota-*

B *Alia confirmatio Proc.fol.100.*

C *Mandatur obseruantia quoad Notarios.*

tarios, & dd.eorum Successores in dd.eorum officijs sub forma latiùs contenta in dicta confirmatione, & approbatione per nos facta die 20. Mensis Octobris, quæ est subscripta nostro nomine, & sigillata nostro sigillo, & referendata à Christophoro Triuino Notario Apostolico nostro Secretario, ad quam nos referimus, & per dictum nostrum Notarium, & Secretarium fuit notificata dd. quatuor Notarijs &c.

CLEMENS PAPA VIII.

Num. 2. *Confirmatio Apostolica earumdem ass. Capitulationũ Proc. fol. 88.*

Ad perpetuam &c.

D *Narratur quod Capitulationes erant inter Notarios obseruandæ.*

Pastoralis officij nobis diuina disponente Clementia &c. exponi &c. nobis nuper fecerunt dilecti filij quatuor Notarij de numero nuncupati Ciuitatis, & Episcopatus Abulen. quod ipsi alias, vt in Causis, & litibus Audientiæ Fori Ecclesiastici Ciuitatis Abulen. ordo conuenerit seruaretur; *& ad tollendas omnes inter ipsos controuersiarum occasiones ad nonnullas conuentiones, & capitula inter se ipsos obseruanda deuenerunt*, quæ capitula, & conuentiones ab Ordinario loci approbatæ fuerunt. Cùm autem &c. Notarij prædicti cupiant prò maiori Capitulorum &c. robore &c. illis Apostolicam confirmationem accedere &c. Nos igitur &c. eisdem Notarijs specialem gratiam facere volentes &c. infrà prædicta capitula, & ordinationes, omniaque, & singula in illis contenta licita tamen, & honesta, ac Sacris Canonibus, & Concilij Tridentini decretis non contraria &c. perpetuò confirmamus &c.

Num. 3. *Docetur quod negocia expedita coram Rmo Episcopo fuerunt gesta sub testimonio sui Secretarii Proc. fol. 46. ad fol. 78.*

A *Actus coram Secretario.* 1696

Et in vacatione Beneficij Curati loci de Malpartida sequta &c. de anno 1696. Dominus &c. Prouisor &c. die 20. Mensis Septembris eiusdem anni, decretum interposuit per acta d. Don Ioannis de Areualo, quo mandauit iustificari vacationem &c. admissisque diuersis oppositoribus per Excellentissimum Dominum Episcopum sub diebus 10. 11. 12. 13. 14. & 15. Mensis Decembris eiusdem anni coràm dicto Don Bernardo Inigo, & Angulo suo Secretario Cameræ omnes oppositores examinati fuerunt Synodaliter; & sub die 16. d. Mensis coram eodem Secretario Cameræ Excellentia Sua præelegit in Rectorem dictæ Parochialis Licentiatum Didacum Gomez, ac mandauit capi informationem, quod in Præelecto nullum concurreret canonicum impedimentum &c.

Cum.

Cumque vacasset Beneficium Curatum Ecclesiæ Parochialis loci de Aldea noua del Codonal &c. Prouisor &c. Illustrissimi &c. Episcopi &c. sub die 26. Mensis Aprilis anni 1703. per acta Iosephi Ruiz Gomez &c. mandauit, & recepit Informationem supèr dicta vacatione &c. factaque oppositione, & examine Synodali ad præsentiam Illustrissimi D. Episcopi coràm D. Philippo de Casota eius Secretario Cameræ idem Episcopus sub die 23. Mensis Maij coram eodem Don Philippo præelegit in Rectorem dictæ Ecclesiæ de Aldea noua Licentiatum Don Ioannem de los Rios &c. 1703

B *Actus coram Secretario.*

Cumque vacasset Beneficium curatum Ecclesiæ Parochialis loci de Montuenga &c. die 2. Mensis Decembris 1704. &c. Prouisor, & Vicarius Generalis &c. decretum inter posuit per acta d. Iosephi Ruiz Gomez, quo recipi mandauit Informationem supèr dicta vacatione &c. & sub diebus 22., & 23. eiusdem Mensis coram Illustrissimo Domino Episcopo, & D. Stephano de Cors eius Secretario Cameræ comparuerunt, & examinati fuerunt Synodalitèr Oppositores, ex quibus idem Illustrissimus Dominus sub die 5. Mensis Ianuarij anni subsequentis 1705. elegit in Rectorem Licentiatum Don Didacum de la Viuda neira, ac remisit concursum ad d. D. Prouisorem, vt quatenùs in Præélecto nullum &c. 1704

C *Examen coram Secretario.*

Et sequta vacatione Beneficij Curati Ecclesiæ Parochialis loci de Saluadios &c. D. Prouisor, & Vicarius &c. die 3. Septembris 1714. per acta d. Iosephi Ruiz Gomez recipi decreuit Informationem super dicta vacatione &c. admissisque oppositionibus sub die 25. 26., & 27. eiusdem Mensis examinati fuerunt Synodaliter Oppositores &c. & ex illis sub die 29. eiusdem Mensis idem Illustrissimus Dominus Episcopus coram Doctore Don Antonio Duart suo Secretario Cameræ præelegit in Rectorem Licentiatum Siluestrū Garziam de Malaga &c. 1714

D *Examen coram Notario.*

E *Præelectio coram Secretario.*

Cumque vacasset de anno 1661. Beneficium Curatum Ecclesiæ Parochialis Villæ de Vbeda &c. dictùs Licentiatus Don Martinus de Vonilla Cauarria decretum interposuit prò capienda Informatione super vacatione &c., & subscriptus fuit concursus per Illustrissimum Dominum Episcopum, & Examinatores sub testimonio Io: Baptistæ Gamana Secretarij Cameræ, idemque Illustrissimus Dominus sub die 2. Mensis Ianuarij anni 1662. præelegit in Rectorem dictæ Parochialis Licentiatum Lazzarum Vasquez Presbyterum &c dictaque præelectio subscripta apparet ab Illmo D. Episco- 1661

F *Subscriptio Secretarii.*

G *Subscriptio Secretarii.*

 po,

po ; illiusque Secretario &c.

Cumque vacasset Beneficium Curatum Ecclesiæ Parochialis loci de Bernui Zapardiel, tàm informatio super vacatione, illiusque declaratio, quàm edictorum publicatio &c.

H *Corã Secretario.* decretæ fuerunt per acta Notarij numeralis per D.&c.Prouisorem &c. Cumque Oppositores examinati fuissent per Examinatores Synodales ad præsentiam d.Illustrissimi D.Episcopi clausus fuit d.Concursus, quem subscripsit Dominatio Sua Illustrissima, & referendauit Don Didacus de Esparsa Secretarius Cameræ, subindèque præelegit in Rectorem dictæ Ecclesiæ Licentiatum Don Ioannem de Areues, actaque remisit ad suum Prouisorem, vt preuia Informatione super vita, & moribus &c. ad illius fauorem testimoniales expedire decerneret &c.

1679 I *Corã Secretario.* Cumque vacasset de anno 1679. Beneficium Curatum Ecclesiæ Parochialis loci de Martin Munoz de la Deesa post iustificatam vacationem relaxata fuerunt &c. edicta subscripta per D. &c. Prouisorem &c. factum fuit examen Oppositorum coram Illustrissimo Domino Episcopo, & Don Francisco Escaiadillo de Valdes *Secretario Cameræ*, quo peracto idem Illustrissimus Dominus preelegit in Rectorem dictæ Ecclesiæ Don Iosephum Gonzalez de Naxera, remi-

L *Subscriptio Secretarii.* sitque concursum ad suum Prouisorem prò collatione, & reliquis diligentijs faciendis in vim d. præelectionis, quam subscripsit Illustrissimus D.Episcopus, eiusque Secretarius Cameræ &c.

1680 Et vacante de anno 1680. Beneficio Curato Ecclesiæ Parochialis Villæ de Reuilla de Varajas declarata fuit vacatio, & relaxata fuerunt edicta &c. & per D. &c. Prouisorem &c.factoque concursu coram Illustrissimo Domino Episcopo Asentio, eoque subscripto, & referendato à Secretario Cameræ, idem Episcopus præelegit in Rectorem Licentiatum Antonium Saez, & remisit Concursum ad d.D. Prouisorem &c.

1696 M *Subscripsit Secretarius.* Eodemque anno 1696. declarata fuit vacatio Beneficij Curati Ecclesiæ Parochialis loci de Ortun Pasqual &c. factus fuit Concursus coram dicto Excellentissimo D.Archiepiscopo Episcopo, qui subscriptus fuit ab Excellentia Sua, & referendatus à D.Bernardo de Inigo, & Angulo eius Secretario Cameræ &c.

1702 N *Acta facta corã Secretario.* De anno 1702.declarata fuit vacatio, & expedita fuerunt edicta prò prouisione Beneficij Curati Ecclesiæ Parochialis loci de Rio Cabado &c. factus fuit concursus, & examen Op-

po-

poſitorum coràm dicto Illuſtriſſimo Domino Epiſcopo So-
lorzano, eiuſque Secretario Don Philippo de la Sota , ſub
cuius etiam Teſtimonio Dominatio Sua Illuſtriſſima præ-
elegit in Rectorem dicti Beneficij Don Didacum Paſqual ,
ac remiſit acta ad d.ſuum Prouiſorem , & Vicarium Gene-
ralem &c.

De anno 1704. declarata fuit vacatio Beneficij Curati Eccle- 1704
ſiæ Parochialis Villæ de Torralba &c. factus fuit concurſus
coram Illuſtriſſimo Domino , & Don Stephano de los ejus
Secretario &c. in Rectorem Licentiatus D.Auguſtinus de
Santiaga &c.

Et vacante de anno 1715. beneficio Curato Archipresbytera-
tus nuncupati Eccleſiæ Parochialis S.Petri extrà muros &c.
factum fuit examen coram Illuſtriſſimo Domino , & Don
Antonio Duart Secretario Cameræ , & præelectus fuit *Examen coram*
Doctor Don Dominicus Benito , ac remiſſa fuerunt acta *Secretario.*
ad dictum Dominum Prouiſorem , & Vicarium Genera-
lem &c.

De anno 1718. occaſione vacationis , & prouiſionis Beneficij 1718
curati Villæ de Mancecca de Arriua &c. Factus fuit con- P
curſus, & examen Oppoſitorum coram dicto D. Prouiſore, *Coram Prouiſo-*
eodemque Notario , eoque peracto remiſſa fuerunt acta ad *re , & Notario .*
Illuſtriſſimum D. Epiſcopum Don Iulianum Cano , qui eiſ-
dem viſis ſub teſtimonio ſui Secretarij Cameræ præelegit in
Rectorem Licentiatum Caſimirum Gimeno &c.

Eodemque anno 1667. occaſione vacationis Beneficij Curati 1667
S. Saluatoris de Areualo relaxatum fuit per dictum D.Pro- Q
uiſorem pro hac Ciuitate , & per dictum Illuſtriſſimum *Edictum Epiſco-*
D. Epiſcopum Roxas pro Villa de Areualo , vbi tunc de- *pi, ab eo , & Se-*
gebat, quod quidem edictum Illuſtriſſimi Epiſcopi referen- *cretario ſubſcri-*
datum apparet per Secretarium Cameræ , & in eo iniungi- *ptum .*
tur,quod Oppoſitores comparere deberent coram ſuo Pro-
uiſore , ac Notario ſuæ Curiæ , ad quam ſpectaret , factus
fuit concurſus coram dicto D. Prouiſore , & Notario nu-
merali &c.

De anno 1680. ſequta vacatione Beneficij curati Eccleſiæ Pa- 1680
rochialis Villæ de Villatoro capta fuit informatio , ac de-
clarata vacatio &c. per Dominum &c. Prouiſorem , & Vi-
carium Generalem &c. factus fuit concurſus ſub teſtimo-
nio Don Franciſci Excaxadillo de Valdes Notarij Secretarij R
Cameræ , cui interfuit Illuſtriſſimus D. Epiſcopus , & præ- *Secretarius eſt*
elegit Licentiatum Ioannem Gauriam Clericum in minori- *Notarius .*
bus conſtitutum , eumque remiſit ad eumdem D. Prouiſo-

rem, & Vicarium generalem, vt præuia Informatione super vita, & moribus, collationem eidem concederet &c.

1695 De anno 1695. vacante Beneficio curato loci de Vicolorano mandatum fuit affigi, & effectiuè fuerunt affixa edicta conuocatoria referendata per Iosephum de Frattos tunc Notarium dicti numeri, & subscripta per D. &c. Prouisorem, & Vicarium generalem &c. factisque oppositionibus coram dicto Notario, & concursu coram dicto Excellentissimo Domino sub testimonio Don Bernardi Inigo Secretarij Cameræ sub diebus 15. 16. 17., & 18. mensis Aprilis respectiuè in eo præelectus fuit per Excellentiam Suam sub testimonio eiusdem Secretarij in Rectorem prædicti Beneficij Curati Don Isidorus Blaniaqui, & Zuniga Familiaris dicti Excellentissimi Domini, qui acta concursus, & præelectionem inibi factam remisit ad suum Prouisorem &c.

S

Concursus coram Episcopo sub testimonio Secretarij.

1699 De anno 1699. declarata vacatione Beneficij Curati de Zeruillego per obitum Licentiati Fabiani del Rio, mandatum fuit affigi edicta pro illius prouisione per D. Doctorem Don Martinum Lopez de Vergara Prouisorem, & Vicarium Generalem &c. subindeque habitus fuit Concursus coram Excellentissimo D. Episcopo sub testimonio dicti Don Bernardi sui Secretarij Cameræ, & sub die 25. mensis Septembris eiusdem anni, idem Excellentissimus Dominus coram dicto Secretario præelegit in Rectorem dicti Beneficij Curati Licentiatum Emanuelem Martin, eumdemque remisit ad suum Prouisorem &c.

T

Concursus coram Reuerendiss. Episcopo sub testimonio Secretarij.

1703 Et vacante de anno 1703. Beneficio Curato Villæ de Ontiueros per obitum Don Iosephi Velado declarata fuit sub die 12. mensis Decembris anni 1702. &c. factisque oppositionibus, & concursu ad præsentiam dicti Illustrissimi Domini coram Don Philippo de la Sota suo Secretario sub die 20. mensis Ianuarij eiusdem anni 1703. coram eodem Secretario præelegit in Rectorem Don Iosephum de Heneros, quem remisit ad eumdem D. Prouisorem pro expeditione Testimonialium.

V

Concursus coram Reuerendiss. Episcopo sub testimonio Secretarij.

1704 Et sequta de anno 1704. vacatione Beneficij curati de Padiennos per obitum Don Petri Gimenes Quintanilla sub die 13. mensis Augusti eiusdem anni, mandatum fuit per Dominum &c. Prouisorem, & Vicarium Generalem &c. iustificari vacationem &c. relaxata fuerunt edicta per eumdem D. Prouisorem sub testimonio dicti Don Francisci Garzia de la Torre Notarij numeralis, eisque affixis factæ oppositiones, quibus per actis deuentum ad examen Synodale habitum

X

Examen fit coram Reuerendis-

bitum

C

bitum coram Illustrissimo Domino, & Don Stephano de Cos illius Secretario Cameræ, & sub die 15. mensis Nouembris eiusdem anni Dominatio Sua præelegit in Rectorem Don Hyacinthum de Olmodo &c. *simo Episcopo, & Secretario.*

De anno 1716. vacante Beneficio Curato Ecclesiæ Parochialis de Martierrero per dimissionem Licentiati Don Francisci Gonzalez Calderon, declarata fuit vacatio per D. Doctorem Don Antonium Fernandez de Traua Prouisorem, & Vicarium Generalem &c. Factæ fuerunt oppositiones, illisque absolutis, habitus concursus, qui referendatus apparet per Doctorem Don Antonium Duart Secretarium Cameræ, ad præsentiam eiusdem Illustrissimi Domini, qui sub testimonio dicti Secretarij præelegit in Rectorem Licentiatum Gasparem Lopez naturalem loci de Cabezas del Pozo, & acta dicti Concursus remisit ad eumdem &c. 1716 A 2 *Concursus, & prælectio coram Reuerendiss. Episcopo sub testimonio Secretarij.*

De anno 1717. sequta vacatione Beneficij Curati loci de Gallegos de Subsinos per obitum Licentiati Don Antonij Diaz Lasso sub die 9. mensis Ianuarij eiusdem anni per dictum D. Prouisorem &c. declarata fuit vacatio, & affixa fuerunt edicta, quæ apparent subscripta à dicto D. Prouisore, & referendata per eumdem Notarium numeralem sub die 18. eiusdem mensis Ianuarij. Factæ fuerunt oppositiones, illisque absolutis, deuentum fuit ad Concursum, & examen Synodale coram dicto D. Prouisore, eodemque Francisco Garzia de la Torre, remissisque subinde actis dicti Concursus ad Illustrissimum Episcopum Cano hic per Secretarium Cameræ sub die 28. mensis Ianuarij elegit in Rectorem Don Michaelem Nieto &c. 1717 B 2 *Examen coram Prouisore, & Notario.*

De anno 1670. sequta vacatione Beneficij Curati loci de Matucabras, quæ iustificata fuit per testimonium Vincentij Gonzalez Aluarez Notarij numerarij &c. factus fuit concursus coram dicto D. Don Ludouico Prouisore, & Gubernatore, & Francisco Santos Notario numerali &c. 1670 C 2 *Examen coram Prouisore, & Notario.*

De anno 1680. sequta vacatione Beneficij Curati Ecclesiæ Parochialis loci de Mamblas per obitum Licentiati Petri Emanuelis Guttierez declarata fuit vacatio per &c. Prouisorem &c. ac mandatum relaxari edicta conuocatoria &c. vt etiam aliud decretum, quo indictus fuit Concursus subinde habitus coram Illustrissimo Domino sub testimonio Don Francisci Escaiadilla, & Valdes Secretarij Cameræ, & sub die 28. mensis Martij idem D. Episcopus sub testimonio præsenti Secretarij præelegit in Rectorem Licentiatum Iosephum Diaz &c. 1680 D 2 *Concursus, & prælectio coram Reuerendiss. Episcopo sub testimonio Secretarij.*

1697 De anno 1697. sequta vacatione Beneficij Curati Ecclesiæ Parochialis loci de Valdemolinos quam obtinuerat Licentiatus Don Franciscus Reuero Albarado declarata fuit vacatio per Dominum &c. Prouisorem, & Vicarium generalem &c. ac mandatum expediri edicta &c. factæ fuerunt oppositiones coram dicto Notario, & Concursus successiue habitus coram dicto Excellentissimo Domino, & Don Bernardo Inigo, & Angulo eius Secretario Cameræ, coram quo successiuè Excellentia Sua præelegit in Rectorem dicti Beneficij Licentiatum Don Petrum Gonzalez Ramirez, & acta Concursus remisit ad eumdem D. Vicarium Generalem &c.

E 2 Concursus, & prælectio coram Reuerendiss. Episcopo sub testimonio Secretarij.

1702 De anno 1702. sequta vacatione Beneficij Curati Ecclesiæ Parochialis loci S. Vincentij del Palacio per obitum Licentiati Ioannis Lozano Zurdo declarata fuit illius vacatio per &c. Prouisorem, & Vicarium Generalem &c. Concursus autem habitus fuit coram dicto Illustrissimo Domino, & Don Philippo de la Sota eius Secretario Cameræ, in quo Dominatio Sua Illustrissima præelegit in Rectorem dicti Beneficij Curati D. Emanuelem de Segouia, & remisit acta dicti Concursus ad dictum D. Prouisorem pro faciendis vlterioribus diligentijs, & collatione &c.

F 2 Concursus, & prælectio coram Reuerendiss. Episcopo sub testimonio Secretarij.

In cuius decreti executionem idem Ioannes Guttierez del Castillo Notarius Causæ eadem die 7. mensis Martij &c. testimonium exemplauit, ex quo constat declaratam fuisse vacationem Beneficij Curati de Hornillos per Prouisorem dictæ Diœcesis sub testimonio præmemorati Iosephi Thomæ de Areualo, qui referendauit edicta relaxata per eumdem Prouisorem, Concursum autem factum fuisse coram D. Episcopo, & Don Ludouico Iosepho Diaz del Real Secretario Cameræ, sub cuius testimonio facta etiam fuit prælectio Rectoris, Informationem verò de vita, & moribus captam fuisse per dictum Prouisorem per acta præmemorati Notarij de numero, & collationem demùm ad fauorem Prælecti expeditum per D. Episcopum sub testimonio sui Secretarij Cameræ. Vacationem insuper Beneficij Curati loci de Vereial declaratam fuisse per dictum Prouisorem sub testimonio dicti Ioannis Gimenez, & ab ambobus subscripta edicta conuocatoria; Concursum autem, & prælectionem subscriptam fuisse à D. Episcopo, & referendatam ab illius Secretario &c.

G 2 Concursus, & prælectio coram Reuerendiss. Episcopo sub testimonio Secretarij.

H 2 Collatio expedita per Rmum Episcopum sub testimonio Secretarij.

Num. 4. *Decretum factū contra Notarios*

In Ciuitate Abulen. die 13. Aprilis huius anni 1722. D. Doctor Don Ioseph Fernandes de Sarauia Canonicus Ecclesiæ

Cathe-

Cathedralis eiusdem Ciuitatis, & Iudex in Causa, de qua agitur, visis hisce actis, quæ introducta fuerunt per petitionem porrectam in Curia Ecclesiastica à quatuor Notarijs de numero eiusdem Tribunalis prætendentibus reintegrari, & manuteneri respectiuè per remedium summarijssimum in possessorio, quod DD. Episcopi teneantur expedire sub eorum testimonio edicta, collationes, titulos, ac mandata de immittendo, aliaque specificata in eadem petitione, ac concernentia prouisiones Beneficiorum Curatorum huius Diœcesis, non autem sub testimonio Secretarij Cameræ, & alterius cuiuscumque Ministri. *in prima instantia à Iudice delegato Curiæ Abulen.* Procels. fol. 147. tergo.

Dixit non esse locum prætensæ manutentioni, eo quia non iustificarunt reperiri in asserta possessione, quando DD. Episcopi per seipsos faciunt dd. prouisiones, sed solùm quoties dd. prouisiones, earumque tituli, & collationes expediuntur per DD. Prouisores in vim remissionis, & specialis commissionis eisdem tributæ à D. Episcopo ad eiusmodi effectum, attento quod ad Dominationem Suam Illustrissimam ex dispositione iuris priuatiuè spectant prouisio, electio, collatio, cœteraque acta cohærentia, *& per consequens habet facultatem, & libertatem prouidendi, eligendi, & intitulandi sub testimonio sui Secretarij Cameræ, cum huiusmodi acta sint extaaiudicialia, & pertinentia ad iurisdictionem voluntariam*, & exequi possint intrà, & extrà limites Diœcesis absque erectione Tribunalis, *dictique Notarij solummodo destinati sint* pro expeditionibus decernendis à Vicarijs Generalibus eiusdem Diœcesis in causis iudicialibus, & dependentibus ab eorum Tribunali in hac Ciuitate, vt inconcussè practicatum fuit, etsi aliquando actuatus fuerit aliquis concursus, seù prouisio Beneficij Curati coram aliquo ex dd. Notarijs, id vnicè referibile est ad actum voluntarium, & facultatiuum, quin tribuere posset possessionem manntenibilem, quæ neque induci valet per executoriales productas in hisce actis, vtpoteque non comprehendunt huiusmodi casum, sed solum correlatiuæ sint ad actuandas expeditiones, quæ relaxentur per DD. Prouisores, vti recognoscitur in eisdem actis, quoniam non obstantibus dd. executorialibus quamplures ex expeditionibus ibidem comprehensis actuatæ reperiuntur per DD. Episcopos sub testimonio suorum Secretariorum, aliorumque Ministrorum, vti practicari etiam consueuit in visitationibus, quas per seipsos faciunt in Ecclesijs Parochialibus huius Ciuitatis, & in quibus vtuntur testimonio suorum Secretariorum,

A *Denegatus manutentio petita à Notarijs.*

B

C *Notarij sunt destinati pro expeditionibus in causis iudicialibus.*

D

non

non autem dd. Notariorum, vt liquet ex eorumdem declaratione exhibita in hisce actis, & idipsum seruatur in permutationibus Beneficiorum Curatorum,& in omnibus prouisionibus Præbendarum, Beneficiorum simplicium, & seruitoriorum, quæ omnia satis euidenter demonstrant quam turbida, & complicata sit asserta possessio vtpote carens requisitis de iure requisitis, & reseruato iure Partibus deducendi suas prætensiones in iudicio magis habili, & plenario per hoc suum decretum vim definitiui habens ita mandauit, seque subscripsit vnamecum infrascripto Notario, qui de præmissis omnibus fidem facio.

Doctor Don Ioseph Fernandez de Sarauia.

Ita est Ioannes Guttierez del Castillo.

Zum.5. *Primum decretũ Rm̃i Nuntii Hispaniarum fauore Aduersariorum Proc. fol.* 147.

In Villa Matriti die 4. mensis Nouembris anni 1722. visis hisce actis, & Processu super Illustrissimum, & Reuerendissimum D. Don Alexandrum Aldourandini Archiepiscopum Rhodi Nuncium, & Collectorem generalem Apostolicum in hisce Hispaniarum Regnis inter quatuor Notarios proprietarios de numero Curiæ Episcopalis Ciuitatis Abulen. ex vna, & D. Iosephum de Yermo Santibanez, Episcopum dictæ Ciuitatis, & Diæcesis ex altera vertentibus de, & super eo, quod coram dd. Notarijs expediri debeant omnes diligentiæ, & acta concernentia prouisiones Beneficiorum Curatorum, necnon edicta, tituli, & collationes, non autem coram Secretario dicti Episcopi, cæterisque latiùs in actis specificatis, dixit, quod ex integro, siuè alio meliori modo de iure competenti *pro nunc*, & per remedium summarijssimum sine præiudicio iurium Partium in Iudicijs petitorio, & plenario possessorio, & vsquequo aliud prouideatur, & mandetur, *manutenebat, & manutenuit, & quatenùs opus reintegrabat, & reintegrauit* prædictos quatuor Notarios proprietarios de numero Curiæ Episcopalis Abulen. in possessione, seù quasi, in qua reperiebantur de tempore motæ litis expediendi in suis officijs, & sub eorum respectiuè testimonio edicta pro prouisione Beneficiorum Curatorum vacantium in dicta Diæcesi, eorumque collationes, titulos, & mandata de immittendo in possessionem, necnon informationes super vita, & moribus, ac testimoniales occasione vacationum in mensibus Apostolicis, & in dicta possessione mandabat, & mandauit eosdem non inquietari, nec quoquo modo perturbari per dictum D. Episcopum, eiusque Secretarium Cameræ, & quem-

E *Refertur tenor d. Decreti.*

cum-

cumque alium dicto nomine, eademque forma, & sub eisdem reseruationibus manutenebat, & manutenuit D. Episcopum Abulen. in possessione, in qua reperitur, expediendi sub testimonio sui Secretarij Cameræ acta titulos, & mandata de immittendo concernentia prouisionem Beneficiorum per viam permutationis, ac respectiuè mandabat, & mandauit ipsum non inquietari, nec perturbari in huiusmodi possessione per dictos Notarios proprietarios de numero, nec aliam quamcumque personam dicto nomine, & ad effectum præmissorum omnium contentorum in hoc decreto relaxari ad fauorem ambarum respectieè Partium mandata de manutenendo necessaria in forma. Ità decreuit Illustrissimus D., & D. Auditor se subscripsit.

F *Manutentio conceditur Rmo Episcopo quoad permutationes.*

Philippus Tabanelli Auditor.

Num.6. *Secundum decretum Rmi Nuntij Hispaniarum fauore Aduersariorum reuocatoriū decreti facti in prima instantia à Iudice subdelegato Procesf. fol. 169. à ter.*

In Villa Matriti die 4. mensis Nouembris anni 1723. Visis hisce actis, & Processu per Illustrissimum, & Reuerendissimum D. Don Alexandrum Aldobrandini Archiepiscopum Rhodi Nuncium, & Collectorem generalem Apostolicum in hisce Hispaniarum Regnis inter quatuor Notarios proprietarios de numero Curiæ Episcopalis Ciuitatis Abulen. ex vna, & D. Don Iosephum de Yermo Santibanez Episcopum dictæ Ciuitatis, & Diæcesis ex altera vertentibus, de & super eo, quod coram dd. quatuor Notarijs peragantur omnes diligentiæ, & acta concernentia prouisiones Beneficiorum Curatorum, & expediantur edicta, tituli, & collationes non autem coram Secretario dicti Episcopi, & alijs latiùs in actis specificatis, dixit, quod reuocabat in omnibus, & per omnia, ac reuocauit decretum in hac causa pronunciatum per Doctorem Don Iosephum Fernandez de Sarauia Canonicum Ecclesiæ Cathedralis dictæ Ciuitatis Abulen. Iudicem deputatum pro illius cognitione, & determinatione sub die 13. mensis Aprilis anni 1722.

G *Refertur tenor Decreti reuocatorij.*

Ità decreuit, & mandauit Illustrissimus D. Nuncius, Dominusque Auditor se subscripsit.

Philippus Tabanelli Auditor.

Num.7. *Decretum Reuerendiss. Nuntij Hispaniarum super admissione appellationis Proc. fol. 162. ter.*

Matriti die 5. mensis Nouembris anni 1722. præsentata hac petitione coram Illustrissimo, & Reuerendissimo D. Nuncio Apostolico in hisce Hispaniarum Regnis, Dominatio sua Illustrissima quatenùs ad decretum reuocationis admisit appellationem ad vtrumque effectum cum termino quatuor mensium, quatenùs autem ad decretum manutentio-

nis

nis ex integro in deuolutiuo tantùm, & non retardata exequutione.

Num.8.
*Breue appellationis expeditum à Rm̃o Episcopo Abulen. Process. fol.*176.

Innocentius Episcopus &c. Dilectis filijs Officiali Ven. Fratris nostri Archiepiscopi Toletani &c. & Nicolao Aluarez de Peralta, ac Isidoro de Porras &c. salutem &c. ex parte &c. Procuratoris Fiscalis Curiæ Episcopalis Abulen. nobis fuit &c. supplicatum quatenùs causam &c. appellationis &c. pro dicti Supplicantis parte adSedem Apostolicam &c. interpositæ &c. à sententia definitiua, seù decreto definitiuo &c. per dilectum &c. filium nostrum, & Sedis Apostolicæ Nuncium in Regnis Hispaniarum &c. contra dictum Supplicantem, seù Venerabilem Fratrem nostrum modernum Episcopum Abulen., & ad fauorem dilectorum pariter filiorum quatuor Notariorum de numero Audientiæ dictæ Curiæ Episcopalis &c. lata &c. dictus Nuncius &c. reuocando sententiam latam per Iosephum Fernandez de

H Sarauia, *qua denegabatur petita ab Aduersarijs manutentio, declarandos illos tantùm reperiri in possessione actuandi concursus Beneficiorum, quandò expediuntur coram Ordinario,* esseque liberum Episcopis, quandò illos exequebantur per se ipsos id agere coram Secretario Cameræ vti actus extraiudiciales, & insuper manutenendo dd. Aduersarios in possessione, in qua prætenditur illos extare de tempore motæ litis, videlicèt expediendi in eorum Officijs edicta pro Collationibus Beneficiorum Curatorum vacantium in Diæcesi Abulensi eorum collationes, titulos, mandata de immittendo, informationem de vita, & moribus, ac litteras testimoniales vacantium in mensibus Apostolicis, *& in*

I *eodem decreto concessit manutentionem* Episcopo in possessione expediendi coram Secretario eius Cameræ expeditiones, titulos, & mandata de capiendo possessionem Beneficiorum, quæ confert vigore permutationis omittendo pronunciare, quoad manutentionem per dictum Episcopum petitam, ac nullitatis ex tribus iniquitatis &c. aduersus quæcumque præiudicialia &c. dictus Supplicans super præmissis habet &c. cum omnibus suis inciden. &c. aliquibus probis Viris illarum Partium in Dignitate Ecclesiastica constitutis, & eorum audien. &c. committere, alijsque sibi in præmissis de opportuno iuris remedio subuenire paterna sollicitudine curaremus. Nos igitur &c. iustitiam ministrare cupientes &c. huiusmodi supplicationibus inclinati discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus

mus ; quatenùs vos, vel duo, aut vnus vestrum vocatis dd. Aduersarijs, & alijs, qui fuerint euocandi causam, & causas prædictas &c. audiatis &c. aliasque in præmissis &c. necessaria, & opportuna facien. &c. concedimus facultatem, non obstantibus &c. datum &c.

Num. 9. *Decretum Reuerendiss. Nuntij super remissione ad Signaturam Proc. f. 186. à t.*

Partes collitigantes in hac causa recurrant ad Tribunal Signaturæ Iustitiæ, & inibi faciant instantias sibi opportunas, ad quem effectum dentur Testimoniales necessariæ cum reciproca earumdem citatione.

Ità decreuit Illustrissimus, & Reuerendissimus D. Don Alexander Aldobrandini Archiepiscopus Rhodi Nuncius, & Collector generalis Apostolicus in hisce Hispaniarum Regnis. Matriti die 13. mensis Augusti anni 1723., seque subscripsit D. Auditor.

Philippus Tabanelli Auditor.

De mandato Illustrissimi D. Nuncij Don. Sebastianus de las Casas, & Clarenas.

Num. 10. *Renunciat recursui ad Tribunal Laicum facta à Reuerendissimo Episcopo Proc. fol. 163.*

Potentissime Domine = Franciscus de Castro, & Torres nomine Reu. D. Iosephi de Yermo Santibanez Episcopi Abulen. in actis vertentibus contra quatuor Notarios de numero eiusdem Curiæ Episcopalis Abulen, de & super præeminentia expediendi sub testimonio sui Secretarij Cameræ acta concernentia Iurisdictionem voluntariam dico pro parte mei Principalis introductum fuisse in Regio Consilio recursum, sub obtentu sibi illatæ violentiæ per Illustrissimum D. Nuncium Apostolicum in eo, quod appellationem per eumdem Principalem interpositam à decreto manutentionis pronunciato ad fauorem dd. Notariorum simplicitèr, & ad vtrumque effectum admittere noluerit, ac decretum emanasse, quod Notarius Causæ compareret in hoc Tribunali, citatis Partibus, ad faciendam relationem. In hoc autem statu meus Principalis renunciare censuit, vt ego illius nomine renuncio dicto recursui supplicans Celsitudini Vestræ, vt illum habere dignetur pro renunciato, & iustitiam peto.

Franciscus de Castro, & Torres.

Visaque per DD. Regij Consilij præinserta petitione decretum interposuerunt tenoris vt sequitur.

A *Decretum, quod*

Matriti die 12. mensis Decembris anni 1722. Habeatur pro renunciato recursus, de quo agitur, quatenùs non adsit præiudicium Regiæ Iurisdictionis, & dentur Instanti Testi-

recursus habeatur pro renunciato. ſtimoniales opportunæ, vtque de præmiſſis conſtet præſentes dedi Matriti die 15. menſis Decembris 1722.

Don Ioſeph de Ladalid.

Num. 11.

Recursus exaduerſo habitus ad Tribanal Laicū Proc. fol. 81. ter.

E contra verò pro parte dictorum quatuor Notariorum recurſus habitus fuit ad Regiam Cancellariam Valleſoletanam ſub obtentu, quod ſibi illata fuiſſet violentia per dictum Ordinarium, in eo quod admittere noluiſſet appellationes in nouiſſima eorum petitione interpoſitas, ac Regiam prouiſionem reportarunt, quæ ſucceſſiuè intimata dicto Prouiſori, necnon præmemorato Doctori Don Ioſepho Fernandez de Sarauia &c.

CONGREGATIONE
Signaturæ Iustitiæ
R. P. D.
C A S O N O

Abulen. prætensæ Manutentionis

P R O
Illmo, & Rmo D. Don Iosepho del Yermo Santibanez Episcopo Abulen.

Summarium.

Typis Zinghi, & Monaldi 1724.

